



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

3. Quid si plures hypothecarij à se invicem discriminandi? quid de hypothecarijs tantùm, & privilegiatis? quid de chirographarijs in quibus non temporis sed privilegij ratio habetur? quid de non ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



est, tamen omnibus creditorib' etiam hypothecariis antecessor. *L. etsi quis. 14. §. 1. L. sunt persona 43. ff. de regul. & sumpt. fun.* Neq; distinguimus inter expressam & tacitam hypothecam habentes: utrifq; preferitur funerans, ut rectè sentit *Bald: tract: de pig: cap. 6.* Excipiendi etiam sunt sumptus, qui necessariò fiunt ad proscriptio- nem bonorum: item debitore defuncto ad insinuationem testamenti, confectio- nemque inventarii, similesvè hæreditatis causas. *L. ult. §. in computat. C. de jur. delib:*

3. Reliquis ergo chirographariis sum- motis, si plures sint hypothecarii à se invi- cem discriminandi sunt ita: Alii tantum hypothecam, alii hypothecam & privile- gium habent. Privilegium verò causa æsti- matur. Quare nec hypotheca nec tem- poris prærogativa propriè privilegium est. *L. privilegia 32. ff. de reb. auct. jud: poss:* Qui hypothecam & privilegium habent præferuntur iis, qui hypothecam tantum. Ex dictis autem primum locum tribui- mus fisco agenti ex causa primipilari. *L. 3. & ultim: Cod. de primipilar.* secundum lo- cum obtinet, qui ad militiam emendam



credidit, cavitq; nominatim, ut ipse in eâ militia aliis potior sit. *nov: 97. cap. 4.* tertium mulier in dote: præfertur enim post eum, qui ad militiam emendam credidit, omnibus anterioribus mariti creditoribus, non solum tacitam, sed etiam expressam hypothecam habentibus. *cit: nov: 97. cap: 4. &c.* exercet autem hoc privilegium in dote tantum, non etiam in donatione propter nuptias, nec in reb<sup>o</sup> paraphernis, *Gl. in L. 2. §. cæter. verb: sed candidi. ff. de iure dotis cit: nov: 97. cap. 3.* Quid si muliere defunctâ liberi ejus repetant dotem maternam, an privilegio Matris fruuntur? vide *cit. L. ult. sup: nov: 91. in præf: & cap. 1.* Quid si sponsa dotem prorogaverit sponso, an ad eam privilegium pertinet? Affirmat *Barth: in cit: L. ult.* Negantium sententia nobis verior videtur. *arg: L. præcipimus in fin: C. de appell.* quartum assignamus ei, qui ad restitutionem insulæ vel ædificii credidit, item illis, qui ad comparandam conservandamq; rem aliquam crediderunt, si pacti fuerint, ut ea res statim sibi pignori sit, idem pupillis, ex quorum pecunia res comparatæ sunt:

& alii



& alii de quibus vide. *L. 1. ff. in quibus caus: pig: vel hypoth: fac: contr.* qui omnes præferuntur non privilegiatis. Inter hos ipsos autem, qui quarto loco ponuntur, si sit contentio & quærat, qui quibus anteponendi, ita dicendum videtur, Privilegiatum adversus æquè privilegiatum non uti suo privilegio: quiescente ergò privilegio, eum potiozem fore jure, qui prior est tempore *arg: cit: L. 7. ff. qui potior: impignore.*

Sed fallit hæc regula, si oppignoratio facta sit instrumento privato, aut scriptura publica, tunc n. posterior potior est jure, nisi instrumentum privatum trium testium subscriptionem contineat: *L. scripturas. 11. C. qui potior. in pig.* Cui consequens est, ut si utriusq; instrumentum privatum fuerit, sed primi sine testium subscriptione, secundi testium subscriptione firmatum, præferatur & hoc casu secundus primo. *cit. L. 11. in fin. Gl. ibid: Dyn: in cap: qui prior. n. 10. de reg: jur.* Quod autem quidam putaverunt, tum quoq; secundum præferendum primo, cum secundi chirographum prius in judicio recognitum fuit



fuit, id à jure alienum videtur. Quid si primus ex chirographo agat, secundus codicem mercatoris proferat, an secundus primo potior erit? Ita DD. videtur. Verùm moribus quidem id convenit, qui libris mercatorum fidem publicam tribuunt. Haecenus de hypothecariis.

4. Sequuntur chirographarii, in quibus non temporis, sed privilegii ratio habetur. *L. quæsitum est 17. & seq: ff. de reb: auct. jud: poss:* sunt autem in personalibus actionibus privilegiati, fiscus. *L. 8. & ult: ff. eod:* Pupilli & minores in bonis administratorum suorum. *L. dabimusq; 19. §. seq. ff. de reb: auct: jud: poss:* Respublica. *L. 2. C. de jur: reipublic:* qui credit ad comparandam vel conservandam rem aliquam, si non expressè pactus sit, ut ea res sibi pignori esset. *L. 5. & 6. ff. qui pot. in pign: hab. sponsa, si dotem prorogaverit sponso, L. si sponsa. 74. ff. de jure dotis.* Qui pecuniam apud mensularium deposuit, si ea non extet nec vindicari possit. *L. 7. ff. de poss: Eccl: eas quoq; Orphanotrophia, Nosocomia, & reliqua venerabilia loca, in personalib<sup>9</sup> habere censent DD. Peregrin: de jure*